timentibus eum. iuites eguerunt et esurierunt:
inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.
enite filii audite me: timorem domini docebo
uos. uis est homo qui uult uitam: diligit dies
uidere bonos. rohibe linguam tuam a malo:
et labia tua ne loquantur dolum. iuerte a
malo et fac bonum: inquire pacem et persequere eam.
culi domini super iustos: et aures eius in preces
eorum. ultus autem domini super facientes mala:
ut perdat de terra memoriam eorum. lamaue
runt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus
tribulacionibus eorum liberauit eos. uxta est dominus
his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu sal
uabit. ulte tribulaciones iustorum: et de omnibus
his liberauit eos dominus. ustodit dominus omnia
ossa eorum: unum ex his non conteretur. ors pec
catorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent.
edimet dominus animas seruorum suorum: et non
delinquent omnes qui sperant in eo.
udica domine nocentes me: expugna inpugnan
tes me. pprehende arma et scutum: et exur
ge in adiutorium michi. ffunde frame
am et conclude aduersus eos qui persequuntur me:

dic anime mee salus tua ego sum. onfunda
tur et reuereantur: querentes animam meam.
uertantur retrorsum et confundantur: cogi
tantes michi mala. iant tanquam puluis
ante faciem uenti: et angelus domini coartans eos.
iat uia illorum tenebre et lubricum: et angelus
domini persequens eos. m gratis absconderunt
michi interitum laquei sui: supuacue exprobra
uerunt animam meam. eniat illi laqueus quem
ignorat et captio quam abscondit apprehendat
eum: et in laqueum cadat in ipso. nima autem
mea exultabit in domino: et delectabitur super
salutari suo. mnia ossa mea dicent: domine
quis similis tibi. ripiens inopem de manu
fortiorum eius: egenum et pauperem a diripi
entibus eum. urgentes testes iniqui: que ig
norabam interrogabant me. etribuebant
michi mala pro bonis: sterilitatem anime mee.
go autem cum michi molesti essent: indue
bar cilicio. umiliabam in ieiunio ani
mam meam: et oratio mea in sinu meo conuer
tetur. uasi proximum quasi fratrem nostrum
sic complacebam: qui lugens et contristatus sic